Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuptiae ...

Heins, Johann

Rotenburgi ad Tubarim, 1633

VI.

urn:nbn:de:bsz:31-132651

Visual Library

VI.

IN NVPTIAS HENISIANAS AV-GUSTISSIMAS.

AUguſtiores eſſe factas nuptias
Auguſta dum Romæ fuit Colonia
HENISIANIS (vos Camænæ ſurgite!)
Non vidit unquam: namq; *Sponſus* nuptias,
Quod poſteri credant, canantq; jugiter!
Ibi Cynthiæ, & ſibi paravit *Cynthius*.

ἀκαίρως, εὐκαίρως.

SIrius exeſto! vos conſcia ſidera teſtor,
 Sidera, quæ *Medicum* ducitis orbe chorum:
Non hymenéus amat rabioſi tempora ſigni,
 Sint Hyades, pleno & Plejades amne fluant:
Quin graviter Vulcanus adurat & urgeat agros,
 Fonte tamen liquido rivus amoris eat.
Sirius huc eſto! revoco: vos pectora teſtor
 Ignea, ſuccenſis æſtuet ardor agris!
Aeſtuet ardor, & æſtuet ignis, & uſus amoris,
 Fiat ut ex gemino corde cor, unus amor!
ô Vir Heniſi, non i, non i ſine rivo: Canczinß.
 Ingneus at rivi flagror amoris eat!
Sic tibi poſt viduos planctus nova gloria ſurget
 Euphroſynes, Latio contumulata ſolo.
*Tu qui * es Ignis, es Euphroſyne, esq; ligamen amoris* „
 Bina ure, exhilara, cordaq; amore liga! „

ita comprecatur Muſa pertennis ſuo
Phœbo Magnificentiſſ.

M. Johannis Henrici Riſii
Auguſtani P. L. ad fontem
Tubaris VVetringæ protu-
berantis. Paſtoris.